UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Philostrati Lemnii Opera Qvae Exstant

### Philostratus, Flavius

### Parisiis, 1608

Inhaltsübersicht

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1533

Visual Library

# INDEX CAPITVM VITAE APOLLONII A PHILOSTRATO DESCRIPTÆ VIII. LIB.

## CAP. LIB. I.


*DE ritu & ſilentio Pythagoræ, déque Agrigentino Empedocle. Cap. i.* pag. 1

*Iniuſtè damnatum Apollonium magia, quòd multa futura præuiderit, cùm & Plato & Socrates & Anaxagoras eo notati crimine non fuerint: licet diuini fuerint viri, vltimáque prædixerint. Cap. ij.* pag. 3

*De Damide Apollonij ſocio, déque commentarius dictorum factorúmque Apollonij ad Iuliam reginam. Cap. iij.* pag. 4

*Vbi natus Apollonius fuerit, déque aquæ cuiuſdam mira poteſtate. Cap. iiij.* pag. 6

*Apollonium quartumdecimum iam annum natum ad Euthydemum rhetorem à patre deductum, tum ad Euxenum. Cap. v.* 7

*Qualis veſtitus Apollonij, déque miro ad eum hominum concurſu, ex quo vel ab Æſculapio laudatus fuerat: tum de adoleſcente quodam Aſſyrio, quòd aqua intercute liberatus ab Apollonio fuerit. Cap. vi.* 10

*De quodam Cilicum omnium ditiſſimo ſacrificanti Æſculapio, vt ſibi oculum effoſſum reſtitueret; quámque ob cauſam oculum perdidiſſet: & quod iuſſu Æſculapij excluſus à templo fuerit. Cap. vij.* 11

*Sciántne omnia Dei, an minimè. tum quonam modo orandum ſit, quæque à diis hominibus debeantur: poſtremò verba Apollonij ad Æſculapium. Cap. viij.* 13

*De Cilice quodam forma Apollonij capto, tum quibus verbis ab eo inhoneſta petierit, & quòd tertio die poſt malam partem obierit. Cap. ix.* 14

*De morte parentum Apollonij, & ampliſſima eius hereditate. Item quo modo fratrem vitioſiſſimum correxerit: deinde de mira eius caſtitate. Cap. x.* 15

*Interrogatus Apollonius cur non mandaret aliquid literis, quid reſponderit, quódque integrum quinquennium ita tacuerit, vt ne verbum quidem vnquam emitteret. Quot item bonorum nutu & ſignis, dum ſileret, cauſa fuerit; tum de aſylo Tiberij. Cap. xi.* 17

*Epiſtola Apollonij ad frumentarios mercatores. Deinde finito ſilentij tempore vt Antiochiam ſe contulerit. Déque templo Daphnæi Apollinis, & Daphne, & magno ad eum concurſu Aſſyriorum. Inde præcepta ad diſcipulos, & quid illis faciendum tota die. Cap. xij.* 20

*Quo dicendi genere vſus Apollonius fuerit, quódque interroganti dialectico reſponderit. Déque diſceſſu eius ex Antiochia ad Indos, & quòd ad Ninum vrbem peruenerit, ibíque Damidem inuenerit, qui Apollonium admiratus ſecutus eſt perpetuus comes, omnia illius dicta factáque literis accuratè commendaturus. Cap. xiij.* 23

*Cùm in Meſopotamiam perueniſſet Apollonius, quaſnam merces ſecum ſe ferre interroga-*


ē

*tus reſponderit. Deinde de Meſopotamia, quare ita appellata fuerit; déque Tigride & Euphrate fluuiis. Tum quanta fuerit fortitudo & ſapientia Apollonij.* Cap. xiiij. 26

*Apollonium Cteſiphonte relicta in Babylonis fines perueniſſe: quídque Satrapæ inibi cuſtodi, quiſnam eſſet, & vnde veniret, interroganti, reſponderit: Inde Satrapæ amicum factum, theſaurum ab eo oblatum, & reliqua munera, præter panem & olera, renuiſſe.* Cap. xv. 28

De *leæna eximiæ magnitudinis occiſa à venatoribus, & catulis octo in vtero inuentis. item quid de leænæ partu proditum ſit. tum quid leænam & catulos ſignificare Apollonius vaticinatus fuerit. hinc de octo paſſerculis & matre à dracone in Aulide deuoratis.* Cap. xvi. 30

*Quòd ſomnium viſum Apollonio profectò in Ciſsiam, & ſomnij explanatio. tum de Eretriis populis hiſtoria: déque Apollonij ad Clazomenium Sophiſtam epiſtola. hinc hiſtoria Eretrienſium, vt ex Eubœa in Mediam peruenerint; quídq; Apollonius dum illorum ſepulchra inſtauraret, dixerit. Item quid pro Eretriis ab rege Apollonius petierit.* Cap. xvij. 32

*Quanti fuerint Babyloniæ muri: déque flumine Euphrate, & ponte pulcherrimo in eo. Item, de regia admirabili, & thalamis & aliis in ea, necnon de Sapphiri colore, & de Magis pauca quædam.* Cap. xviij. 36

*Ingreſſum Babyloniam Apollonium ſtatuam regis auream noluiſſe adorare. Deinde eius verba ad Satrapas regis, & quonam modo ad regem accerſitus acceſſerit. Déque regis ſomnio.* Cap. xix. 38

*Apollonium dum duceretur ad regem, de vxore Pamphyli cuiuſdam Sapphus amica locutum, ne regias opes admirari videretur. hinc ad regem ductum multa cum eo locutum, & admiratum regem.* Cap. xx. 41

*Apollonio à rege conceſſum vt ab hoſpite priuato acciperetur. hinc miſſum Eunuchum ad Apollonium, vt decem quæcunque vellet munera ab rege peteret, & tempus petendi conſtitutum. tum quid Damis ſuaſerit de accipiendis muneribus.* Cap. xxi. 44

*Simulaſſe primò Apollonium tanquam perſuaſum à Damide accepturum ſe ab rege munera, quòd Æſchines, Plato, Ariſtippus, Elicon, Python, Eudoxus, Speuſippus amatores pecuniarum fuerint: deinde grauiter diſputaſſe de contemnenda pecunia, & præſertim à viro ſapiente.* Cap. xxij. 46

*Apollonium duntaxat à rege petiuiſſe vt Eretriorum miſereretur, dixiſséque nulla re alia ſe indigere præter panem & bellaria. Deinde Eunuchum quendam cum vna ex regiis pellicibus deprehenſum, nec damnatum morte ſententia Apollonij. hinc quid regi faciundum eſſet, vt ſecurus dominaretur dixerit Apollonius, déque legatis ad regem.* Cap. xxiij. 49

*Ægrotanti regi plurima de immortalitate animorum dixiſſe Apollonium. hinc multos ſermones vltro citróque inter eos habitos: tandem benignè à rege dimiſſum Apollonium: donatúmque camelis & ceteris neceſſariis eunti ad Indos.* Cap. xxiiij. 52

---

## INDEX CAP. LIB. SECVNDI.

De *Armenia, Cilicia, Pamphylia, Caribus: déque Caucaſi, & Mycales montium*

*altitudine. Idem de Tauro, India, Scythia, Mæotide, Ponto. Quantus ſit ambitus Caucaſi. Quòd Pantheræ aromatibus gaudeant. De torque aureo in collo Pantheræ inuento. Vnde dicitur Nyſæus. Cap. i.* 55

*De Prometheo & vinculis, quibus ligatus fuiſſe dicitur. Cur incolæ Caucaſi aquilas perſequantur. De quatricubitis, & quincubitis hominibus, & Lamia execrationibus fugata. Item Anaxagoram in Mimanto, Thaletem in Mybala, atque in Ato alios contemplatos: & quomodo verè ſit contemplandum. Cap. ij.* 57

*De Copheno fluuio, & camelis, quorum genua inflexibilia. Déque vino ex Dactylis non minus inebriante, quàm quod ex vuis: & de melle ex arboribus. Cap. iij.* 60

*De Nyſa monte plantis conſito, vt Tmolus in Lydia. De templo Bacchi vitibus, hederíſque complexo: & ſimulachro eiuſdem. Item cuiaſnam Bacchus fuerit, varias eſſe opiniones: ſed inſcriptione quæ in diſco apud Pytho viſitur, credi Thebanum fuiſſe. tum de altero Baccho Indi fluminis filio: necnon Nyſam* μηρὸν, *id eſt femur, à Libero patre appellatam. An Alexander Macedo in Nyſa Orgia celebrauerit. Cap. iiij.* 63

*De petra auerna ſtadiis xv. lata, quæ* ἄορνος, *id eſt, ſine auibus, ab* α *priuatiua, &* ὄρνις *auis dicitur. & quare ita appellata fuerit. Item quid bonum equitem, ac militem facere oporteat. Tum de puero agitante elephantum: & ipſo elephanto. Cap. v.* 66

*Elephantorum eſſe triplex genus. Déque elephanto annos nato plures quadringentis: eundémque pro Poro rege aduerſus Alexandrum pugnaſſe. De alio item elephanto Aiace nomine, capto anno quadringenteſimo poſt bellum quoddam in Libya: hinc non rectè ſentire qui elephantorum dentes cornua potius eſſe, quàm dentes volunt. demum, qui dentes liuidi, qui albi, qui magni, qui parui, qui ſectu faciles ſunt. Cap. vi.* 69

*De moribus elephantorum, amoréque in fœtus animalium omnium, & quòd leæna pardorum amore capiatur: leones verò ſi maſculoſos viderint catulos, eos vt nothos diſcerpant. Phocam præterea, quòd mortuum peperiſſet catulum, triduò à cibo præ dolore abſtinuiſſe. Aquilam etiam aëtite lapide (*ἀπὸ τοῦ ἀετοῦ*, id eſt, aquila dicto) Ciconiam verò lychnite (*λύχνος *lucerna eſt) nidos ſuos, vt ſerpentes arceant, conglutinare. Cap. vij.* 72

*An verum ſit, quod de vipera pariente à quibuſdam dicitur. Hinc Euripidis Iambicum,* ἅπασι δ' ἀνθρώποισιν ἡ ψυχὴ τέκνα. *id eſt,* Cunctis hominibus filij ſunt corculum. *à Philoſtrato ſic repoſitum,* ἅπασι δὲ ζώοισιν ἡ ψυχὴ τέκνα. *id eſt,* Natos parentes, vt cor omnes diligunt. *Item cur minimi elephantes in itinere præcedant. Quídque Iuba de ipſis ſcripſerit. Deinde de traiectu fluminis: quantáque ſit illius latitudo. Cap. viij.* 74

*De niuibus, quæ ex Æthiopia, & Catadupis montibus dicuntur fluere: déque equis fluuialibus, & Crocodilis, ac maximis Indiæ caloribus. quáque re feruores remittantur. Vtque ad Taxila regiam vrbem peruenerint: tum de veſtitu Indorum: & vnde byſſus naſcatur. Templum quoque aut vrbem fuiſſe maximum, vbi multa præclara videbantur: vt Tabellæ de geſtis Alexandri & Pori, adeò artificioſæ, vt à Zeuxide, aut Polygnoto, aut Euphranore ſculptæ iudicarentur. Cap. ix.* 78

*De pugna Alexandri & Pori: ac victum fuiſſe Porum: ſed eodem die & amiſiſſe regnum, & dono accepiſſe. Hinc diſputatio de pictura & coloribus: déque Aiace Timomachi. Cap. x.* 81

*Apollonium ductum fuiſſe ad Indorum Regem: tum de domibus Vrbis, & templo margaritis conſtrato. Deinde qui ſermo habitus fuerit inter Apollonium & Phraotem regem: déque eius modeſtia & temperantia: & quòd Græcæ linguæ rex peritus fuerit. Cap. xi.* 85

*Apollonium cum regem ad conuiuium profectum: & quale conuiuium fuerit: Déque ſagittandi Indorum peritia. Hinc quales in Græcia, quales apud Indos eſſent philoſophi: quotóque ætatis anno inibi philoſophiæ dare operam adoleſcentes incipiant: quódque omni eos vitio carere oporteat: eſſe præterea, qui illos examinent, an philoſophia digni ſunt: ídque ex oculis, & ſupercilijs, ac genis præcipuè cognoſci poſſe in conuiuio ab Rege narratum. Cap. xij.* 89

*Narratio Phraotæ regis de parentibus ſuis, & ſeipſo: vt ſcilicet pater adhuc adoleſcens regno eiectus, philoſophiæ apud ſapientes operam dederit, ipſéque Græcas literas edoctus à patre ad eos ipſos ſapientes philoſophiæ gratia miſſus fuerit; ac defunctus parentibus ab amicis paternis in regnum reuocatus. Cap. xiij.* 93

*De Oxydracis, & eorum vrbe inexpugnabili: vt pote qui non armis, ſed tonitruis, & fulminibus à Ioue miſsis hoſtes propulſent: Idque in Herculem & Bacchum viſum olim fuerit. Quódque Ægyptius Hercules ad Gades venerit, non Thebanus. hinc longa diſputatio vtri magis ſomno capiantur, vinine, an aquæ potores. Déque medicamentis ad ſomnum, & Amphiarao vate. Cap. xiiij.* 96

*Apollonium ſacrificaſſe Soli expectante Phraote, vt de agro vendito, de quo controuerſia ob inuentum theſaurum, dicendæ ſententiæ conſiliarius intereſſet: agrúmque Apollonij ſententia, ceßiſſe emptori: quòd vir bonus eſſet, iuſtúſque & pius erga deos: contra, malus venditor, impiúſque & deorum contemptor. Tum de camelis albis, ac regis epiſtola pro Apollonio ad Iarcham præceptorem vnum è ſapientibus. Hinc de portis in quibus Alexandri & Pori ſtatuæ, & de aris inſcriptis epigrammate, atque de columna vbi ſcalptum,* Αλέξανδρος ἐνθαῦθα ἵστη. *id eſt,* Alexander hîc ſtetit. *Cap. xv.* 102

# INDEX CAP. LIB. TERTII.

*De Hyphaſide flumine, & piſcibus in eo, pauonibus nomine: de oleo naturæ mirabilis: de aſinis ſylueſtribus vnicornibus, déque poculo ex iis cornibus admirandæ virtutis: hinc de muliere nigra facie, ceteris partibus candida. De cinamomo in Caucaſi radicibus: de arbore ferente piper, & ſimiis: cúrque earum carne leones veſcantur: necnon vt in colligendo pipere ſimiæ decipiantur. Cap. i.* 108

*De planicie itineris quindecim dierum, ac frumentorum, & fabarum magnitudine: déque ceteris fructibus. Tum de draconibus, & venatione eorum: quódque inde ſit venatoribus lucrum. Capi verò eos carminibus: eſſéque in draconum capite lapillos miræ virtutis. Cap. ij.* 112

*De Paraca vrbe, cuius ciues belluarum linguas intelligunt. Item de ceruis albis, quantáque veneratione ſint ſapientes apud Indos. hinc Græcè omnes loqui, qui vicos apud ſapientes incolunt. De colle præterea ſapientum ex natiuo ſaxo, in quo Bacchus & Hercules ſculpti viſuntur, conantes cum Diis Panibus collem occupare, & fugati fulminibus. Item de puteo culpæ & cratere veniæ pleno ignis, deque duobus doliis, quorum alterum pluuias, ſerenitatem alterum facit. Cap. iij.* 115

*Quid de Indis in oratione Apollonius ſcribat: hinc epiſtolæ interpretatio, cur ſcilicet in terra Brachmanæ & ſint & non ſint, nihilque eis cum ſit, nihil deficiat tamen. Cap. iiij.* 119

*Acceptum à ſapientibus Apollonium, inueniſſéque eorum principem Iarcham in throno ſedentem: tum diuinaſſe nomen, & Apollonij, & parentum eius, & pleraque omnia, quæ illi euenerant, ac ſi ſemper affuiſſet: Memoriam præterea ab illis poſt Deos coli. Hinc de mirabili vnguento, quo vncti ſtatim ſudabant, déque terra ſaltante percuſſo baculo, vtque ipſi miraculosè eleuarentur è terra. Cap. v.* 121

*Indorum ſapientes ſcire omnia. Deóſque eſſe, quicunque boni ſint. Hinc de Achille, & Gange Rege longo decem cubitis, & formoſiſſimo: qui poſtea tranſierit in Iarcham. Item quomodo Pythagoras Euphorbum ſe fuiſſe cenſuerit. Déque puero, qui olim Palamedes. Cap. vi.* 124

*Apollonium in alio corpore nauis fuiſſe gubernatorem: & quid tunc præclarè geſſerit. Hinc Proteum in Pharao habuiſſe domum. Minoem præterea fingi à poëtis iuſtitiæ adminiſtratorem eſſe apud inferos, licet crudeliſſimus omnium fuerit: contrà, Tantalum, qui humanus vir fuit & pius, ſiti & fame excruciari, lapide etiam ruituro ſupra caput eius appenſo: tum de ſtatua eiuſdem ſimili phialam propinanti, cur ita. Cap. vij.* 128

*Medorum regem ad ſapientes profectum conſilij gratia: Hinc inuitato eo ad cœnam, tripodas, ac fercula per ſe ſuo tempore acceſſiſſe ad diſcumbentes, & alia id genus viſa. Cap. viij.* 132

*Sapientes, cùm ad eos ſe contulit Apollonius, duodeuiginti fuiſſe. Deinde qualia ſint, quæ non virtute, ſed ſorte eligantur. Item Medorum regi illius ætatis, viginti millia ſeruorum domi nata extitiſſe. Tum de Xerxe, & fuga eius ex Græcia. Cap. ix.* 136

*De Tantali potione, ac poculo: qualiſque Tantalus viuens erga homines fuerint. Cap. x.* 140

*Ex quibus rebus compoſitus ſit Mundus. Tum de quinto elemento, & quòd ſimul creata elementa fuerint, eſſéque mundum animal vtriuſque generis. hinc naui Ægyptiæ omnium quàm maximæ mundi regimen comparatum. Gubernari verò mundum à Deo omnium creatore, atque à Diis, qui ſub eo ſunt. De peritia præterea linguæ Græcæ, & facundia, & vrbanitate Iarchæ. Dein quæſtio terráne mari maior ſit, an mare terra. Cap. xi.* 141

*De puero formoſo adamato, vexatóque à Dæmone, & de epiſtola à ſapientibus ad Dæmonium, quo abiret à puero. Tum de Claudio, Luſco, & muliere abortum faciente liberatis. Quódque oua noctuæ ſi elixa comeſa fuerint, abſtemios faciant. Cap. xij.* 144

*Apollonium de ſtellarum diuinatione libros quatuor conſcripſiſſe: atque etiam de ſacrificiis. Inde an ſcientia diuinandi teneri ab humano queat ingenio, & qualis eſſe debeat, qui conſequi eam voluerit: tum de ſeptem annulis ſtellarum ſeptem nominibus appellatis. Cap. xiij.* 147

*Quale donum mortalibus medicina, atque vnde orta ea ſit. Item an diuinandi ſcientia ſit medico neceſſaria. Tum de Martichora animali: de aquis aureis, de lapide alios ad ſe trahente Pantaura nomine: de Pygmæis, & Sciapedibus, & Macrocephalis: & de auro, quod Gryphes effodiunt, & ipſis Gryphibus. De Phœnice aui, & Cygnis. Cap. xiiij.* 149

*Apollonium apud ſapientes fuiſſe menſes quatuor: tum de pio eius diſceſſu: de ſimiis nigris: de mari rubro ab Erythra rege (ἐρυθρὸν verò rubrum.) De epiſtola eius ad Sapientes: de Hyphaſide, vrbe Patala. Quid de mari rubro ab Orthagora dictum. De Oſtreis maximis, in quibus Margarita lapis. De Pagadibus Oritarum regionis. De piſcedulis, qui Græcè ἰχθυοφάγοι de vrbe Stoberis. Cap. xv.* 153

*De Balaris vbi emporium, de Seleris ſacra inſula: de Nereide ſæua nautis, de margarita & belluis plurimis rubri maris, déque reditu ad Babylonem. Vtque in Antiochiam profectus, & contumeliis ibi affectus in Cyprum ad Paphum, vbi Veneris templum nauigauerit. Cap. xvi.* 156

## INDEX CAP. LIB. QVARTI.

*Quanti omnes fecerint Apollonium in patriam reuerſum. Tum de legatis ad eum, & oratione ad Epheſios. Hinc quemadmodum voces paſſerum quorundam inter concionandum Epheſiis interpretatus fuesit. Poſtea de peſtilentia, quæ inuaſit Epheſios. Cap. i.* 158

*Quid fecerit, reliquam circuiens Ioniam Apollonius, prædicando adhortandóque ad bene beatéque viuendum, & ad ſtudia bonarum artium. Dehinc Smyrnam vrbem omnium, quæ ſub Sole ſunt, pulcherrimam extitiſſe, necnon viris præclaris potius, quàm ædificiis vrbes ornare oportere. Diſſenſionem præterea, & diſcordiam pro bono reipub. plurimùm prodeſſe ciuitatibus. Cap. ij.* 161

*Miſſos ab Epheſiis ad Apollonium legatos pro ſedanda peſtilentia, & quonam modo liberati ab eo fuerint: hinc illum in Græciam profectum in templo Æſculapij ſomnia, qui eò venerant, interpretari edocuiſſe: deinde iuiſſe in Ilienſes, illorúmque doctrinam adeptum ad Achillis tumulum acceßiſſe, noctémque inibi totam ſolùm fuiſſe. Cap. iij.* 164

*Antiſthenem Parium interdictum ſocietate Apollonij, iubente Achille. Tum autumno ſoluiſſe Troia Apollonium, eóque tempore perinfidum mare eſſe nauigantibus, hinc de ſepulchro & ſtatua Palamedis, in qua inſcriptum,* ΘΕΙΩι ΠΑΛΑΜΗΔΕΙ. *& de reſponſis Orphei in Lesbo. Cap. iiij.* 167

*Apollonio apparuiſſe Achillem, permiſißéque, vt quinque tantùm quæ vellet, à ſe peteret. De Polyxena verò dixiſſe præ amore erga ſe ſponte ſua gladio illam incubuiſſe. Tum quare Homerus de Palamede non meminerit in poëmate: quódque ſapientißimi viri illius miſereretur. Senarius Iambicus ex Æſchyli Nioba* σοφοῖς* ἐστι γὰρ πρὸς σοφοὺς ἐπιτήδεια. Prudentibus affinia inter ſe pleraque. *Tum quare Helenam iniuſtè Græci à Troianis petiuerint. Cap. v.* 170

*De philoſophis inuentis in Phalero, & ſacris Epidauriis, déque Hierophanta Antiſtite, atque adoleſcente dæmoniaco ab Apollonio liberato. Cap. vi.* 174

*Bacchanalia, & muliebres Athenienſium ornatus reprehenſos ab Apollonio. Tum cur Athenienſium & venti ſocij, & Boreas præter ventos ceteros maſculus, affinis eſſe dicatur. Sublatos præterea ab Apollonio crudeles Indos: hinc pro Achille legatum eſſe ad Theſſalos congregatos in Pylea ad Amphictyona celebranda: deinde de Lacedæmoniis, qui pro patria occubuere, déque Arcanane Megiſtia. Cap. vij.* 177

*Viſitaſſe Apollonium omnia Græcorum delubra, vt Dodonæum, Pythicum, Am-*

phiarai, Trophonij, Muſarum in Helicone. Tum de portu Lechæo. Quidque de ſectione Iſthmi vaticinatus fuerit Apollonius, & quòd poſtea aggreſſus eam Nero, deſtiterit ab incœptis, & quare deſtiterit. Inde de Demetrio philoſopho: de Phauorini orationibus. De Menippo quodam amanti vnam è Lamiis, quæ ſe in formoſiſſ. mulieris corpus transformauerat: vtque ab Apollonio publicè liberatus fuerit. Cap. viij. 180

De Baſſo quodam, qui aſſiduè de Apollonio maledicebat, item de legatis Lacedæmoniorum increpitis. De ſtatua & robore Milonis. De ſtatuaria. Tum de iuuene, qui ſibi doctus eſſe videbatur. Cap. ix. 184

De quibuſnam rebus habitæ orationes fuerint ab Apollonio in Olympiis. Tum quid à Laconicis ſacerdotibus Lacedæmonem profectus interrogatus fuerit. Deinde quare infortunati habendi ſint mercatores. Cap. x. 188

De epiſtola Imperatoris ad Lacedæmonios, & ſomnio Apollonij: & quòd in Cretam nauigarit. Hinc de Malea, Cydonia, Gnoſo, Labyrintho, Minotauro, Cortina, Ida, templo Leuenæo, leone Rheæ matris, terræmotu ingenti: inſula terræmotu exorta. Cap. xi. 191

Quòd Nero philoſophiam oderit, Muſoniúmque philoſophum in carcerem coniecerit. Quódque Philolaus philoſophus Romam fugiens, ne ſe conferret, Apollonium terrere conatus fuerit, & quid ille reſponderit. Tum Philolai ſermone perterritos Apollonij diſcipulos octo exceptis abiiſſe, hortatúmque Apollonium, qui remanſerant: multáque de Neronis locutum ſceleribus. Cap. xij. 194

De Citharœdo carmina Neronis cantante coram Apollonio. Quidque cum Theleſino Cõſule, præfectóque ſacerdotum, de ſacris & Diis locutus fuerit Apollonius. Cap. xiij. 198

De Neronis gymnaſio, & Demetrio philoſopho expulſo ab Vrbe iubente Tigillino: déque prodigioſa tempeſtate, quàm Græci διοσημίαν dicunt: tum quid de ea Apollonius præſagerit. Quódque fulmen è manu Neronis calicem iam ori admotum excuſſerit. Cap. xiiij. 201

Capitis defluxiones inuaſiſſe Romanos, & ipſum Neronem. Inde accuſatum Tigillino Apollonium: quódque ne veſtigium quidem vllum literarum inuentum in pugillari, vbi inerat accuſatio. Tum non auſum Tigillinum nocere Apollonio; ratum ſupra hominem illum eſſe. Cap. xv. 204

De puella ad vitam reuocata, vt Alceſte ab Hercule: tum de epiſtolis, quas ad ſe miſerunt Apollonius & Muſonius: hinc de edicto Neronis, ne quiſquam Romæ philoſopharetur: diſceſſiſſéque propterea Apollonium occidentem verſus. Cap. xvi. 206

## INDEX CAP. LIB. QVINTI.

De Columnis Herculis, & Abyla, & Calpe promontoriis: de cauſa acceſſus & receſſus Oceani: tum quando animæ non deſerant morientia corpora: hinc de Gadibus, de inſulis fortunatis, de Aris Senectæ, artis, paupertatis: de Hercule Ægyptio, & Thebano, de Geryone. Græcos præterea eſſe, qui Gades incolunt. Deinde de arboribus ſanguine manantibus. Cap. j. 209

De Bæti flumine, vnde Bætica regio. Inde de Nerone in Olympiis, Elienſibúſque ludis. Tum de Iſthmi ſectione. Cap. ij. 212

*Ter in Olympiis viciſſe Neronem nuntiatum Gaditanis. De Vindice & morte eius: dèque vitiis Neronis. Galbam præterea, Othonem, Vitellium Thebanis regibus comparatos. Cap. iij.* 215

*Incantatores omnes eſſe miſerrimos. Tum Siciliæ tricipitem natum infantem portendiſſe Galbam, Othonem, Vitellium, annum duntaxat regnaturos. Cap. iiij.* 218

*De Typhœo, & Ætna. tum de fabulis Æſopi, & poëtarum figmentis: quódque illa magis, quàm hæc accedunt ad ſapientiam. Deinde vt Æſopus, cùm eſſet paſtor fabularum componendarum peritiam adeptus fuerit. Cap. v.* 220

*An Gigantes cum Diis bella geſſerint. Item cur montes ardeant. Tum de naui ſubmerſa, quam perituram prædixerat Apollonius: deque Muſonio effodiente Iſthmum. Cap. vi.* 223

*Apollonium non aſpernatum fuiſſe meritas laudes. Deos præterea fauere philoſophis. Tum de Coloſſo Rhodienſi, & Cano tibicine excellenti. Quidque facere poſſit muſica. Cap. vij.* 225

*De adoleſcente Rhodio ædificante: dèque alio adoleſcente edace. Item Theologiæ ſtudioſos eſſe Ægyptios. Tum quemadmodum prædixerit Apollonius Pharionem quendam, cùm ad ſupplicium duceretur, non abſciſſum iri. Cap. viij.* 229

*Improbaſſe Apollonium Ægyptiorum ex animalibus ſacrificia. Tum de hippodromo Alexandriæ, & Claudio Imperatore. Hinc, qua ætate hominis ingenium maximè vigeat. Item Veſpaſiano obuiam iuiſſe ſacerdotes Aegyptios, honorificéque illis de Apollonio locutum Veſpaſianum. Cap. ix.* 231

*Quid Veſpaſianus cum Apollonio locutus fuerit, qualémque regem eſſe oporteat. Deinde quotum annum ætatis agens Imperium adeptus fuerit Veſpaſianus. Hinc de Vitellij ſceleribus, & quid prædixerit Veſpaſiano Apollonius. Cap. x.* 235

*De Dione & Euphrate ad Veſpaſianum ab Apollonio intromiſſis. Hinc quid de Tiberio, Caio, Claudio, Nerone, Galba, Othone, Vitellio, Cæſaribus, Veſpaſianus dixerit. Tum Euphratem & Dionem ſuaſiſſe Veſpaſiano, vt occuparet rempublicam Romanam libertatis cupidam. Cap. xi.* 238

*Apollonius multis rationibus confutaſſe Euphratis ac Dionis ſententiam: deinde perſuaſiſſe Veſpaſiano vt imperium aggrederetur. Cap. xij.* 243

*Iuſſum à Veſpaſiano Apollonium, vt ſe, quomodo gubernandum ſit regnum, doceret, multa illi documenta, præceptáque dediſſe, nulli non regi accuratè ſeruanda. Cap. xiij.* 246

*Philoſophiæ cùm de rerum natura præcipit, credendum eſſe: cùm verò de Diis, minimè. Veſpaſianum præterea optionem dediſſe petendorum munerum Apollonio, Euphrati, Dioni. Tum epiſtolas tres ab Apollonio ad Veſpaſianum ſcriptas. Cap. xiiij.* 249

*De leone manſuetiſſimo, qui olim fuerat Amaſis rex Aegypti: quódque cognitus ab Apollonio plorauerit. Item de oratione Olympica, quam Alexandriæ habuiſſe ad ſocios Apollonius dicitur: cùm eſſet reliquam viſurus Aegyptum, iturúſque in Aethiopam ad gymnoſophiſtas. Cap. xv.* 253


## INDEX CAP. LIB. SEXTI.


*De Aethiopia & Nilo atque Indo fluminibus. Item de Pygmæis, & canicipitibus, quos Græci κυνοκεφάλους, καὶ ὑλακτούντων ἔθνη appellant. De gryphibus Indiæ & formicis Aethiopiæ aurilegis. Hinc de permutatione mercium inter Aethiopas & Aegyptios: Quidque ſuper ea re diſputauerit Apollonius. Cap. i.* 257

*De Timaſione adoleſcente pulcherrimo adamato à nouerca, & quomodo id prædixerit.*

*Apollonius, tum de Hippolyto quædam. Cap. ij* 259
*De Memnone Auroræ filio & eius ſtatua loquente, falſúmque eſſe illum vnquam iuiſſe ad Troiam, ſed regnaſſe ætates quinque in Aethiopia. Item de pœna quæ homicidæ afficiuntur in Aethiopia: quidque prædixerit de homicida quodam Apollonius. Cap. iij.* 262
*Perueniſſe Apollonium ad Gymnoſophiſtas, & quam ob rem illis deſpectus fuerit. Cap. iiij.* 265
*Theſpeſionis Gymnoſophiſtarum principis iuſſu vlmum arborem locutam Apollonio. Tum præcepta Theſpeſionis de frugalitate, & id genus ceteris. Item de prodici Hercule. Cap. v.* 268
*Apollonium longo ſermone Theſpeſioni Gymnoſophiſtarum principi contradixiſſe de Prodici Hercule, de Pythagoræ victu & ſilentio loquendo: Item de opinionibus ſibi à philoſophia propoſitis: quódque ſapientiam, ſpretis ceteris, elegerit. De Aeſchylo etiam tragico, & aliis & plurimis. Cap. vi.* 272
*Obſtupuiſſe Gymnoſophiſtas oratione Apollonij. Hinc de calumnia: & quales putandi ſint, qui calumniatores audiunt. Cap. vij.* 281
*Apollonium rogatum à Gymnoſophiſtis narraſſe diligenter quæcunque apud ſapientes Indos viderat: quæcũque Nilum iuniorem ex illis ad Apollonium diſcendi gratia acceſsiſſe. Cap. viij.* 284
*Deriſiſſe Apollonium coram Gymnoſophiſtis Ægyptiorum ſimulachra, petiiſſéque ab eis quam ob cauſam tam ridiculas beſtiarum imagines colerent. Hinc de Deorum imaginibus apud Græcos, & quid phantaſia queat efficere. Cap. ix.* 288
*De flagellis Laconicis, vndéque ea orta conſuetudo fuerit. Item quare peregrini non admittantur à Lacedæmonis lege lata à Lycurgo. Cap. x.* 291
*Quid de viro iuſto, & iuſtitia Apollonius cum Gymnoſophiſtarum principe Theſpeſione diſputauerit. Cap. xi.* 295
*Immortalem eſſe animum diſputandum à Gymnoſophiſtis & Apollonio. Hinc de catadupis, hircoboue, aliíſque animalibus: déque Nomadibus, Elephantophagis, Naſomonibus, Androphagis, Pygmæis, Sciapodibus, Cataractis, atque ſtrepitu inenarrabili aquarum cadentium: item de altitudine verticis Nili, de Dæmone Nilum moderante, cuius Pindarus meminit. Cap. xij.* 299
*De Satyro prope catarrhactas Nili fœminas aggrediente, & quonam modo illum mitem manſuetúmque reddiderit Apollonius. Déque alterius Satyri habitu in Lemno. Cap. xiij.* 302
*De clade ingenti, qua Titus Hebræos affecit captis Hieroſolymis: faſſúmque publicè Titum ſuas ſe manus præbuiſſe Deo Hebræis irato, illiúſque, non ſua virtute fuiſſe victorem, & propterea noluiſſe coronam oblatam accipere. Quídque ſuper ea re ad illum ſcripſerit Apollonius. Tum de colloquio Titi cum Apollonio, déque morte Titi prædicta ab eo. Item de lepore piſce eſu pernicioſo, quo interiiſſe Titus dicitur. Cap. xiiij.* 304
*De epiſtola Apollonij ad Demetrium philoſophum: déque adoleſcente erudiendis auibus ſuas diuitias abſumente, atque perſuaſione Apollonij emendato. Cap. xv.* 308
*An olim Pactolus aureas arenas habuerit. An item arbores terra ſint antiquiores. Déque ingenti Antiochiæ terræmotu, atque de theſauro inuento in hortis. Cap. xvi.* 312
*De quodam qui Gnidiæ Veneris ſimulachri amore ardebat. Item de vrbibus Helleſponti terræmotu ab Apollonio liberatis. Tum de edicto Domitiani ne liceret eunuchos facere, & plantare vineas. Cap. xvij.* 315
*De adoleſcentulo rabiente à rabioſo cane demorſo: vtque vnà cum cane ab Apollonio ſana-*

*tus fuerit. Quódque in eum adoleſcentem Telephi Myſij anima tranſiuerit, & propter-ea eiuſdem canis morſu ſanari eum oportuiſſe, ſicut ab Achille olim vulneratus nonniſi ab eodem ſanari potuerit. Vnde Ouidius,*

Vulnus Achilleo quod quondam fecerat hoſti
Vulneris auxilium Pelias haſta fuit.

*Deinde qua ſanari re queat rabioſus. Cap. xviij.* 317

---

## INDEX CAP. LIB. SEPTIMI.

De *philoſophis, qui aduerſus tyrannos fortiter ſe, ac praeclarè geſſerunt, vt Zenone, qui primus* Dialecticen *inueniſſe dicitur, Platone, Paetone Rhegino, Heraclide, & Pythone,* Calliſthene Olynthio, Diogene Sinopenſi, Cratete Thebano. *Cap. i.* 319

*Zenonem, Platonem, Paetonem, Calliſthenem,* Diogenem, *Cratetem inferiores fuiſſe* Apollonio, *rebus geſtis aduerſus tyrannos. Tum de* Domitiano *quaedam. Quídque contra illum dixerit* Apollonius. *Cap. ij.* 321

De *tragoedo Inus fabulam agente, déque tribus Veſtalibus iuſſu* Domitiani *interemptis: & quomodo* Domitianus *Iuliam fratris filiam occiſo marito vxorem duxerit. Item* Orphitum *ac Rufum & Neruam in exilium miſſos à* Domitiano. *Quídque* Apollonius *fecerit contra tyrannum. Cap. iij.* 324

De *ſtatua* Domitiani *prope Meletem fluuium, & qua verba in eam dixerit* Apollonius, *tum propterea iuſſum à* Domitiano *vt ad ſe accederet, praeuidiſſéque id Apollonium.* hinc in Siciliam, inde in Italiam *Puteolos nauigaſſe; inibíque inueniſſe* Demetrium *philoſophum. Cap. iiij.* 326

*Quare* Cicadas *felices Demetrius dixerit. Tum de Melito & Anyto qui Socratem calumniati ſunt. Item pro quibus ſit moriendum, pro quibus minimè. Tum quid profuerint cithara & cantus Neronis. Quódque* Domitianus *fuerit* vel *Nerone peior. Cap. v.* 328

*Moriendum eſſe pro philoſophia Tyrannos item coli apud Medos. Hinc quando moriendum eſſe leges iubeant. Cap. vi.* 332

*Tyrannorum duas eſſe puniendis hominibus conſuetudines. Tum quomodo Tiberius, & Nero homines occiderint. Item de Phraote, & Iarcha, & poculo ſapientum Indorum. Hinc ſeipſum noſcere vnumquemque oportere. Vnde illud,* Χίλων δ' ἐν κοίλῃ Λακεδαίμονι γνῶθι σεαυτόν. *id eſt,* Inque caua Chilon Lacedæmone, Noſce te ipſum. *Tum quid faciat ſapientia. Cap. vij.* 335

*Apollonium diſceſſiſſe Puteolis à Demetrio nauigaturum Romam. Tum de Æliano amico Apollonij. Cap. viij.* 339

*Apollonium ſtatim cùm in vrbem venit, in iudicium ductum fuiſſe. Tum quid ſecretò Ælianus ei dixerit. Cap. ix.* 342

*Quibus accuſatus criminibus Apollonius fuerit: tum quid euenerit Ariſtidi ob inuidiam pulſo ab Vrbe. Cap. x.* 344

*Apollonium iuſſu Æliani in carcerem ductum: hinc de Helena in Ægypto, & reticulo à Leucothea donato Vlyſſi: déque diuite quodam, qui erat in carcere. Cap. xi.* 347

Oratio *conſolatoria Apollonij ad eos qui vnà erant in cuſtodia, iuſſu* Domitiani, *vt ſcilicet tolerarent, quoniam* Deorum *eſſet inuentum tolerantia, & id genus multa: déque vitiis, quae natura inerant* Domitiano. *Cap. xij.* 350

*Quonam modo manſuefaciendi ſint leones. Déque Æſopi fabula de leone aegroto, & vulpe.* Item *intereundum ad Domitianum, quid cum Damide locutus fuerit Apollonius.* Cap. *xiij.* 356

*Stupefactum Domitianum inter ſacrificandum Palladi, habitu Apollonij dæmonium eſſe eum dixiſſe. Tum quid locuti inter ſe fuerint. Poſtremò ira concitum Domitianum, iuſſiſſe vt & caput & barbam Apollonius attonderet. Cap. xiiij.* 359

*Perbreues & Laconico more Apollonium ſcripſiſſe epiſtolas. Hinc de Syracuſio quodam in carcerem profecto ad Apollonium: quidque viciſſim locuti fuerint. Cap. xv.* 362

De *Pythone oratore, &* Demoſthene. *Quóque modo Apollonius cùm eſſet in carcere è compede liberatum pedem Damidi oſtenderit, atque immiſerit iterum: Tum de incantationibus, & qui præcipuè illis vtantur. Cap. xvi.* 365

Damidem *iuſſu Apollonij è carcere Puteolos quæ* Δικαιαρχία *Græcè dicitur, ad Demetrium philoſophum ſe contuliſſe.* Demum *de puero Arcade ſummæ pulchritudinis adamato à* Domitiano*, atque in carcerem coniecto, quia mori potius pudicus adoleſcens, quàm turpia, & muliebria pati conſtituerat. Cap. xvij.* 368

## INDEX CAP. LIB. OCTAVI.

*Inter ducendum in iudicium quid cum ſcriba, à quo ducebatur, locutus fuerit Apollonius de philoſophia, de iudicio, de aqua, ad cuius menſuram loquebantur rei, hoc eſt ad Clepſydram, quod Græci dicunt,* μετρεῖν ὕδωρ, ἢ πρὸς ὕδωρ λέγειν, *id eſt,* metiri aquam vel ad aquam dicere. *Cap. i.* 373

*Iuſſum Apollonium nudum ingredi in prætorium ad Domitianum. Deinde quæ ab accuſatore coram tyranno interrogatus fuerit, & quomodo abſolutus. Tum diſparuiſſe. Cap. ij.* 375

O*ratio Apollonij ad* Domitianum*, vbi ſe de iis, quibus accuſabatur, defendit: quam tamen orationem non recitaſſe commemorant. Cap. iij.* 379

*In orationis Apollonij calce hunc Homeri verſum fuiſſe:*

Οὐ γάρ με κτενέεις, ἐπεὶ οὔτοι μόρσιμός εἰμι. *hoc eſt,*

Non me vnquam occides: nam non dant hoc tibi Parcæ.

*Tum cùm eſſet ante* Domitianum *diſparuiſſe Apollonium, ac ſtupefactum tyrannum. Cap. iiij.* 409

*Apollonium apparuiſſe Puteolis* Demetrio*, &* Damidi *mæſtis, iiſque exiſtimantibus eum eſſe ſpiritum, præbuiſſe ſe tangendum, atque amplectandum. Hinc omnia narraſſe, quæ contigerant. Cap. v.* 411

*Soluiſſe Puteolos à* Demetrio *Apollonium, & nauigaſſe in Græciam: quantúſque totius Græciæ ad eum viſendum factus fuerit concurſus. Cap. vi.* 414

*Adoleſcentis cuiuſdam Athenienſis coërcetur garrulitas. Deinde qui in Olympiis diſſeruerit Apollonius cum Iſagora quodam Theſſalo. Cap. vij.* 417

*Ad Trophonium Apollonis filium ſub terram ingreſſum Apollonium, ac gratum id fuiſſe Trophonio. Tum de libello Antij ſuſpenſo, qui Apollonij fuerat. Quódque in Antio regiam habuerit Adrianus, quòd eam vrbem amaret præter ceteras (eſt autem Antium vrbs Italiæ, quam mare alluit, quæ nunc Neptunus dicitur. Stephanus ſcribit* Ανθιον *per* θ *literam aſpiratam.) Deinde vndique ad Apollonium philoſophiæ gratia acceſſiſſe diſcipulos. Cap. viij.* 419

De *prodigio & oſtento, quod Græcè* διοσημία *dicitur, id verò fuiſſe aiunt coronam in cælo ſolem circundantem, quæ Græcè* στέφανος *appellatur: ſignificaſſéque Domitianum à quodam, cui nomen* Stephano*, occiſum iri, vt mox euenit. Quódque compoſitis Græciæ moribus in Ioniam nauigarit Apollonius. Cap. ix.* 423

De *cauſa mortis, ac de cæde* Domitiani*, & quoto ſuæ ætatis anno interfectus fuerit: quód-*

*que Epheſi id prædixerit Apollonius ex ipſa hora, qua tyrannus à Stephano ſuæ ſororis liberto occidebatur.* Cap. x. 424

*Neruam poſt mortem Domitiani creatum Imperatorem ſcripſiſſe ad* Apollonium, *vt ad ſe accederet, quidque ille reſponderit. hinc* Apollonium *quandiu vixit dicere frequenter conſueuiſſe*, λάθε βιώσας. εἰ δὲ μὴ δύναιο, λάθε ἀποβιώσας. *hoc eſt*, Ignoreris vixiſſe: at ſi id non queas, neſciaris interiiſſe. *Cap. xi.* 426

De *morte* Apolloniȳ, *&* *quot annos vixerit. Hinc ligato à* Dictynnæ *templi cuſtodibus ſponte ſua vincula decidiſſe, atque ingreſſo eo in templum, canentium virginum auditum hoc canticum*, στεῖχε γᾶς, στεῖχε ἐς οὐρανόν, στεῖχε. *hoc eſt*, Veni à terra, veni in cœlum, veni. *Cap. xiȷ.* 428

De *immortalitate animorum adoleſcenti cuidam* Apollonium *poſt obitum prædixiſſe. Cap. xiiȷ.* 430

## ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΦΙΛΟ-στράτου βίων Σοφιστῶν. — INDEX VITARVM QVAS Philoſtratus de Sophiſtis ſcripſit.


| | | |
|---|---|---|
| Εὔδοξος | EVdoxus | 489 |
| Λέων | Leo | ibid. |
| Δίας | Dias | 490 |
| Καρνεάδης | Carneades | ibid. |
| Φιλόστρατος | Philoſtratus | ibid. |
| Θεόμνηστος | Teomneſtus | 491 |
| Δίων | Dion | ibid. |
| Φαβωρῖνος | Phauorinus | 493 |
| Γοργίας | Gorgias | 496 |
| Πρωταγόρας | Protagoras | 498 |
| Ιππίας | Hippias | 499 |
| Πρόδικος | Prodicus | ibid. |
| Πῶλος | Polus | 500 |
| Θρασύμαχος | Traſymachus | ibid. |
| Ἀντιφῶν | Antiphon | 501 |
| Κριτίας | Critias | 503 |
| Ισοκράτης | Iſocrates | 505 |
| Αἰσχίνης | Æſchines | 508 |
| Νικήτης | Nicetes | 511 |
| Ισαῖος | Iſæus | 513 |
| Σκοπελιανός | Scopelianus | 514 |
| Διονύσιος | Dionyſius | 522 |
| Λολλιανός | Lollianus | 526 |
| Μάρκος | Marcus | 528 |
| Πολέμων | Polemon | 530 |
| Σεκοῦνδος | Secundus | 543 |
| Ηρώδης | Herodes | 545 |
| Θεόδοτος | Theodotus | 564 |
| Ἀριστοκλῆς | Ariſtocles. | 565 |
| Ἀντίοχος | Antiochus | 566 |

| | | |
|---|---|---|
| Varus | 574 | Οὔαρος |
| Hermogenes | 575 | Ερμογένης |
| Philagrus | ibid. | Φιλάγρος |
| Ariſtides | 578 | Αριστείδης |
| Adrianus | 581 | Αδριανός |
| Chreſtus | 587 | Χρῆστος |
| Pollux | 585 | Πολυδεύκης |
| Pauſanias | 590 | Παυσανίας |
| Athenodorus | 591 | Αθηνόδωρος |
| Ptolemæus | ibid. | Πτολεμαῖος |
| Euodianus | 593 | Ευοδιανός |
| Ruphus | 594 | Ροῦφος |
| Oenomarchus | 595 | Οινόμαρχος |
| Apollonius | 596 | Απολλώνιος |
| Apollonius Athenienſis | 597 | Απολλώνιος Αθηναῖος |
| Proclus | 598 | Πρόκλος |
| Phœnix | 600 | Φοίνιξ |
| Damianus | 601 | Δαμιανός |
| Antipater | 603 | Αντίπατρος |
| Hermocrates | 604 | Ερμοκράτης |
| Hippodromus | 610 | Ιππόδρομος |
| Varus Laodiceus | 615 | Οὔαρος Λαοδικεύς |
| Cyrinus | 616 | Κύρινος |
| Philiſcus | 617 | Φιλίσκος |
| Ælianus | 618 | Αἰλιανός |
| Heliodorus | 620 | Ηλιόδωρος |
| Aſpaſius | 621 | Ασπάσιος |


## INDEX HEROICORVM Philoſtrati.

## ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΦΙΛΟΣΤΡΑτου Ιρωϊκῶν.


| | | |
|---|---|---|
| PHœnix | 631 | Φοίνιξ |
| Proteſilaus | 643 | Πρωτεσίλαος |
| Neſtor | 669 | Νέστωρ |
| Antilochus | 670 | Αντίλοχος |
| Diomedes & Sthenelus | 673 | Διομήδης, καὶ Σθένελος |
| Philoctetes | 675 | Φιλοκτήτης |
| Agamemnon & Menelaus | 678 | Αγαμέμνων, καὶ Μενέλαος |
| Idomeneus | 679 | Ιδομενεύς |
| Aiax Locrus | 680 | Αἴας ὁ Λοκρός |
| Chiron | 681 | Χείρων |
| Palamedes | 682 | Παλαμήδης |
| Vlyſſes | 691 | Οδυσσεύς |
| Aiax Telamonius | 692 | Αἴας ὁ Τελαμώνιος |
| Teucer | 695 | Τεῦκρος |
| Hector | 696 | Εκτωρ |
| Æneas | 697 | Αἰνείας |

| | | |
|---|---|---|
| Σαρπηδῶν | Sarpedon | 698 |
| Αλέξανδρος | Alexander | 699 |
| Ελενος, Δηΐφοβος, καὶ Πολυδάμας | Helenus, Deiphob⁹, & Polydamas | 700 |
| Εὔφορβος | Euphorbus | ibid. |
| Αχιλλεύς | Achilles | 704 |
| Νεοπτόλεμος | Neoptolemus | 715 |


## ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΦΙΛΟΣΤΡΑ-του εἰκόνων. / INDEX IMAGINVM Philoſtrati.

### ΒΙΒ. Α. / LIB. I.


| | | |
|---|---|---|
| Ελλαδία | Helladia | 730 |
| Σκάμανδρος | Scamander | 732 |
| Κῶμος | Comus | 733 |
| Μῦθοι | Fabulæ | 735 |
| Μενοικεύς | Menœceus | ibid. |
| Νεῖλος | Nilus | 737 |
| Ερωτες | Amores | 738 |
| Μέμνων | Memnon | 741 |
| Ποσειδῶν, ἢ Αμυμώνη | Neptunus, vel Amymone | 742 |
| Ελη | Paludes | 743 |
| Αμφίων | Amphion | 745 |
| Φαέθων | Phaëthon | 747 |
| Βόσπορος | Boſphorus | 748 |
| Αλιεῖς | Piſcatores | 751 |
| Σεμέλη | Semele | 752 |
| Αριάδνη | Ariadne | 753 |
| Πασιφάη | Paſiphaë | 755 |
| Πέλοψ, ἢ Ιπποδάμεια | Pelops, vel Hippodamia | 756 |
| Πενθεύς | Pentheus | 758 |
| Τυῤῥηνοί | Tyrrheni | 749 |
| Σάτυροι | Satyri | 761 |
| Ολυμπος | Olympus | 762 |
| Μίδας | Midas | 763 |
| Νάρκισσος | Narciſſus | 764 |
| Υάκινθος | Hyacinthus | 766 |
| Ανδριοι | Andrij | 767 |
| Ερμοῦ γοναί | Mercuri fœtus | 768 |
| Αμφιάρεως | Amphiareus | 770 |
| Συοθῆραι | Suum venationes | 771 |
| Περσεύς | Perſeus | 774 |
| Πέλοψ | Pelops | 776 |
| Ξένια | Xenia | 777 |


### ΒΙΒ. Β. / LIB. II.


| | | |
|---|---|---|
| Αφροδίτη | Venus | 779 |
| Αχιλλέως τροφαί | Achillis alimenta | 782 |
| Κενταυρίδες | Centaurides | 783 |

| | | |
|---|---|---|
| Hippolytus | 784 | Ιππόλυτος |
| Rhodogune. | 785 | Ροδογούνη |
| Arrhichion | 787 | Αῤῥιχίων |
| Antilochus | 789 | Αντίλοχος |
| Meles | 791 | Μέλης |
| Panthia | 793 | Πανθία |
| Caſandra | 795 | Κασάνδρα |
| Pan | 797 | Πάν |
| Pindarus | 798 | Πίνδαρος |
| Aiax Locrus, vel Gyræ | 799 | Αἴας ὁ Λοκρὸς, ἢ Γυραὶ |
| Theſſalia | 800 | Θετταλία |
| Glaucus marinus | 801 | Γλαῦκος πόντιος |
| Palæmon | 803 | Παλαίμων |
| Inſulæ | 804 | Νῆσοι |
| Cyclops | 810 | Κύκλωψ |
| Phorbas, vel phlegyæ | 812 | Φόρβας, ἢ φλεγύαι |
| Atlas | 813 | Ατλας |
| Antæus | 815 | Ανταῖος |
| Hercules in Pygmæis | 816 | Ηρακλῆς ἐν Πυγμαίοις |
| Hercules furens | 818 | Ηρακλῆς μαινόμενος |
| Thiodamas | 819 | Θειοδάμας |
| Abderi exequiæ | 820 | Αβδήρου ταφαὶ |
| Xenia | 821 | Ξένια |
| Mineruę ortus | 822 | Αθηνᾶς γοναὶ |
| Tele | 823 | Ισοί |
| Antigone | 825 | Αντιγόνη |
| Euadne | 826 | Ευάδνη |
| Themiſtocles | 827 | Θεμιστοκλῆς |
| Palęſtra | 828 | Παλαίστρα |
| Dodone | 829 | Δωδώνη |
| Horę. | 830 | Ωραι. |


## INDEX IMAGINVM Iunioris Philoſtrati.

## ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΦΙΛΟΣΤΡΑ-του τοῦ Νεωτέρου Εἰκόνων.


| | | |
|---|---|---|
| Achilles in Scyro | 832 | Αχιλλεὺς ἐν Σκύρῳ |
| Marſyas | 836 | Μαρσύας |
| Venatores | 838 | Κυνηγέται |
| Hercules, vel Achelous | | Ηρακλῆς ἢ Αχελῷος |
| Hercules in cunis | 841 | Ηρακλῆς ἐν σπαργάνοις |
| Orpheus | 842 | Ορφεὺς |
| Medea in Colchis | 843 | Μήδεια ἐν Κόλχοις |
| Ludibundi | 844 | Αθύροντες |
| Pelops | 846 | Πέλοψ |
| Pyrrhus, vel Myſi | 847 | Πύῤῥος, ἢ Μυσοί |
| Argo, vel Æetes | 854 | Αργὼ, ἢ Αἰήτης |
| Heſione | 856 | Ησιόνη |

| | | |
|---|---|---|
| Σοφοκλῆς | Sophocles | 858 |
| Ὑάκινθος | Hyacinthus | 859 |
| Μελέαγρος | Meleager | 860 |
| Νέσος | Neſſus | 862 |
| Φιλοκτήτης | Philoctetes | 863 |


## ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΕΚΦΡΑΣΕΩΝ Καλλιστράτου. / INDEX EXPOSITIONVM Calliſtrati.


| | | |
|---|---|---|
| Εἰς Σάτυρον, ὃς ἦν ἐν χωρίῳ ἔνθα ἤσκητο | IN Satyrum, qui erat in loco vbi exercebatur | 864 |
| Εἰς τὸ Βάκχης ἄγαλμα, μεταφορικῶς δὲ, εἰς τὴν Δημοσθένους τέχνην διείλεκται | In Bacchę ſtatuam, metaphoricè in Demoſthenis artem | 865 |
| Εἰς τοῦ Ἰνδοῦ ἄγαλμα | In ſtatuam Indi | 867 |
| Εἰς τὸ τοῦ Ἔρωτος ἄγαλμα | In ſtatuam Amoris | 868 |
| Εἰς τὸ τοῦ Ναρκίσσου ἄγαλμα | In ſtatuam Narciſſi | 869 |
| Εἰς τὸ ἐν Σικυῶνι ἄγαλμα τοῦ Καιροῦ. | In ſtatuam Occaſionis in Sycione | 871 |
| Εἰς τὸ τοῦ Ὀρφέως ἄγαλμα | In ſtatuam Orphei | 874 |
| Εἰς τὸ Διονύσου ἄγαλμα | In ſignum Dionyſij | 875 |
| Εἰς τὸ Μέμνονος ἄγαλμα. | In ſignum Memnonis | 876 |
| Εἰς τὸ Ἀσκληπιοῦ ἄγαλμα | In ſignum Æſculapij | 878 |
| Εἰς τὸν Πραξιτέλους ἔρωτα | In amorem Praxitelis | 876 |
| Εἰς ἄγαλμα Κενταύρου | In ſtatuam Centauri | 880 |
| Εἰς τὸ Μηδείας ἄγαλμα | In ſignum Medeę | 881 |
| Εἰς ἄγαλμα Ἀθάμαντος | In ſtatuam Athamantis | 882 |


FINIS.